

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 158

**Autre(s) référence(s) :** Tabuteau 518 / ARTEM 2719

**Auteur(s) :** Robert de Bellême [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Gontard, Jumièges, Saint-Pierre (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1086, 31 mai

**Action juridique :** règlement conflit

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Jugement rendu à la cour de Robert de Bellême sur un différend qui opposait Gontard, abbé de Jumièges, à Foulques, abbé de Micy, au sujet de la terre de Dame-Marie. La cour décide que l'abbé de Jumièges demeurera saisi des biens de Dame-Marie.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 9 H 1433 (2).

### Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° XXXIV, t. 1, p.110-113.

### Indications

Musset Lucien, *Administration et Justice dans une grande baronnie normande au XIe siècle*, les terres de Bellême sous Roger II et Robert, dans *Autour du pouvoir ducal normand*, Xe-XIIe siècles, Bouvris Jean-Michel, Maillefer Jean-Marie, Musset Lucien, Caen, Annales de Normandie, Cahier des Annales de Normandie ; 17, 1985, p. 129-148, p.134 Louise Gérard, *La seigneurie de Bellême Xe-XIIe siècle*, dévolution des pouvoirs territoriaux et construction d'une seigneurie de frontière aux confins de la Normandie et du Maine à la charnière de l'an Mil, Flers, Le Pays bas-normand, 1992-1993, 2 vol., t. II, p. 97.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus quia anno ab incarnatione Domini millesimo. LXXX.VI. convenerunt ante Rotbertum de Bellismo, in aula ipsius Bellismi, abbas sancti Petri Gemeticensis Guntardus et abbas sancti Maximini Aurelianensis Falco ad placitum nominatum, de calumniis de Domna Maria definiendum, secundum iudicium prædictæ curiæ. Ibi ergo congregatis tam prece quam admonitione Rotberti Bellismensis pluribus abbatibus et monachis multisque baronibus laicis, ipsius curiæ iudicio decretum est ut abbas sancti Petri Gemeticensis de rebus de Domna Maria saisitus remaneret. Hujus autem placiti iudices fuerunt domnus abbas Rotbertus Sagii, et Mainierius abbas Sancti Ebrulfi, et Johel abbas Sancti Petri Culturæ ; de laicis, domnus Olivarius de Merlo, et Rainaldus de Nonant, et Gervasius de Damfront, et Gulferius de Villerio, et Picot de Saio, Rainaldus de Caululo et Petrus frater ejus, et Hamelinus de Alta Noxia, et Hugo de Cormerio, et multi alii. Ex parte abbatis sancti Maximini

fuerunt et viderunt et audierunt Odo de Clino Campo, et Gualterius filius Gualterii, et Gausfridus vicarius, et Radulfus de Pratis, et Radulfus Malherba. Hoc iudicium factum est in dominica sequente Pentecosten prædicti anni. Signum Rotberti de Bellismo †. Signum Olivarii †. Signum Rainaldi de No†nanto. Signum Gulferii †. Signum Picot †. Signum Gervasii †. Signum Hamelini †.

Ut memoriæ posterorum nostrorum innotesceret quid quantumque de Curtuvadham post nostram vestituram habuimus subscribere curavimus. Goscelinus de Coloncellis post saisuram præfatæ villæ quattuor nummos et unum assem quem desuper altari tulerat, nobis attulit. Postmodum vero ob rei factæ recordationem, ipsos nummos nostris hominibus in potum distribuimus. Nomina autem eorum qui inde biberunt hæc sunt : Rotbertus filius Dudonis, Gosdescallus, Ansfredus Haretelvillæ, Rotbertus Maisnil, Ragnulfus Tetberti filius.